Premislien consortis suae extunc bona eadem omnia suprascripta ad Succes-
sores praefati Magnifici Martini Madalinski Capitanei loci ipsius [illegible]
sine ulla contradictione successorum eiusdem suprascriptae Magnificae Ma-
dalinskiae Capitaneae Premislien coniugis eius cum pleniori iure bonorum eo-
rundem devolventur devolvique debebunt. Similiter etiam si prius memo-
ratam Magnificam Catherinam de Brenza Madalinska Capitaneam Premislien
consortem suam quam ipsum Magnificum Martinum Madalinski Capita-
neum Premislien maritum suum de hac luce decedere contigerit extunc idem
Magnificus Martinus Madalinski Capitaneus Premislien maritus eius
bona ipsa omnia hereditaria et obligatoria mobilia et immobilia ac res
suprascriptas omnes morte consortis suae derelictas cum omni eorundem
bonorum iure dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus
fructibus commodis obventionibus attinentiisque et pertinentiis ipsis universis
tenebit habebit et possidebit illisque pacifice et quiete fruetur ad
extrema vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Magnifici Capitanei
Premislien mariti ipsius extunc bona eadem omnia suprascripta ad Successores
praefatae Magnificae Catherinae Madalinska Capitaneae Premislien consortis
suae sine ulla contradictione successorum eiusdem suprascripti Magnifici
Martini Madalinski Capitanei Premislien mariti sui cum pleno iure devol-
ventur. Actis suis praesentibus personis[,] recognitionibus ad praemissa omnia
[illegible] dicentibus.

Ostrowski et Mrozek se se mutuo Quietant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Premislien
Generosi Christophorus in Ostrow Ostrowski ab una atque Martinus Mro-
zek Arseledzki et Zophia Dzbowska coniuges legitimi maritus solus
per se consors vero cum eiusdem mariti sui ipsi totius coniugalis assistentia

et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis quatenus omnibus quae ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum recognovit suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se se mutuo invicem de Inscriptionibus binis Prima inter Generosam olim Hedvigim de Cholowstanó olim Generosi Joannis Mathiae in Ostrowo Ostrowski Capitanei Mostensis consortem relictam ab una et praefatos Generosos Mroski coniuges parte ab altera de actu et data eiusdem hic Premisliae feria tertia post festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo confecta subscripta et Actis Terrestribus Premisliensibus sub vadio Quatuor millium et Quingentorum florenorum polonicalium roborata Altera eadem inter eandem Generosam olim Ostrowska Capitaneam Mostensem ab una et praefatos Generosos Mroski de actu et data eiusdem Premisliae feria quinta post festum Purificationis Beatissimae Mariae Virginis Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto confecta manibus subscripta vadioque Unius millium Sexcentorum florenorum polonicalium firmata ratione annuae [illegible] bonorum villae Kniazyce aliarumque certarum rerum et conditionum in eisdem inscriptionibus contentarum confecta et conscripta Nec non de inscriptione priori interius roboratoria inscriptionis eiusdem et inscriptione roboratoria de praemissis factionibus ob praestitam sibi mutuam ab utrinque plenariam et sufficientem satisfactionem quietant emittunt liberosque et absolutos se sic ab utrinque pronunciarunt Inscriptiones suprascriptas tum et Inscriptionem Terrestrem Premisliensem Roboratoriam una cum omnibus earundem conditionibus punctis clausulis articulis et nexibus quatenus in eisdem existunt mortificant et annihilant Sibi et suis posteris actionem processum perpetuum imponendo silentium Praesentibus

suis

Suis personalibus recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Mrozek Ostrowskiego Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] Generosus Martinus Kszeloszycki Mrozek sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus Iuris dictionibusq[ue] Suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan[eali] Praemisliensi Iuris dictioni se cum Successoribus ac bonis suis q[uo]ti[bus] omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie Subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Christophorum Seman[?] de Ostrow Ostrowski et eius posteros de recognitione certa manuali per ipsum Sibi recognoscenti ratione Certarum rerum et conditionum in eadem recognitione contentarum de actu et data eiusdem Praemisliae feria tertia post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo data manu eiusdem Generosi Ostrowski Subscripta Actis Terrestribus Praemislien[sibus] sub vadio Quingentorum floren[orum] polon[icalium] roborata Nec non de ipsa inscriptione Roboratoria de praemissis kaventur[?] quietat Recognitionem praefatam et eius inscriptionem Roboratoriam cum omnibus clausulis articulis vadio ligamentis ac beneficiis universis cassat mortificat et annihilat Praesenti recognitione ad praemissa omnia mediante.

Betchacki suo et Consortis suae nomine M: Ossolinski quietat et eidem Statuet.

Comparens p[erso]n[a]l[ite]r coram Officio et Actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] Generosus Stanislaus de Aedtranow[?] Betcharki[?] Notator[?] Vielunen[sis] sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis q[uo]ti[bus]